www.e-rara.ch

# [Reformatorium vitae, morum et honestatis clericorum]

## Philippi, Jacobus

## [Basel], [22. Feb. 1494]


## Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-26595


[Consuetudo sive modus quorundam comiter viventium]


**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d’imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L’éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l’imprimerie jusqu’au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

c Onſuetudines dom⁹ nr̄e q̄ ad pacē ꝯcordiā ⁊ ꝓfectū in vita ſpūali nob ⁊ ſucceſſorib⁹ nr̄is deſeruire pn̄t. ꝑut he in domo nr̄a ꝯſuete ⁊ a p̄decesſori bus nr̄is diligēti⁹ obſ̄uate fuerunt placuit nobis diſtincte in hoc q̄terno colligere. ne a meōria nr̄a ſiue ſucceſſoꝝ nr̄oꝝ ꝑ obliuionē exci dant vl' ꝑ tēporē diſſueſcāt ſ3 freq̄nti renouatione ad cuſtodiā diſcipline ⁊ bonoꝝ moꝝ attendant vt enī ait Hugo d̄ ſancto victore. Uirtus nō alio mō appꝑhendit̄ niſi diſciplina ꝟtutis nō neglient' cu- ſtodiat̄. Et l3 nō obligam⁹ nos voto vl' ꝓfeſſione ad obſ̄uantiā iſtaꝝ ꝯſuetudinū vl' alicui⁹ religio- nis nō eſt tū̄ ſine culpa in hmōi negliens vl' inobe dines inueīri. turbare pacē domeſticā ⁊ occaſionē dare vite remiſſioris.

## ℂ Q̄d licitū ⁊ ꝓficuū eſt bonas cō- ſuetudines obſeruare.

q Uod aūt bonas ꝯſuetudīes ⁊ ꝟtutū aſſue factiōes nō ſolū p̄ſbiteri ⁊ clerici ſil' cōmo rātes ſ3 etiā q̄lib3 pr̄familias in domo cū̄ familia ſua obſeruare licite poteſt pat3 ꝑ hoſti. in ſūma li. j. regl'a d̄ ꝯſue. §. vlt. Ubi ponēs q̄tuor ge nera ꝯſuetudinū quartā quā vocat ſpecialiſſimam dicit eſſe inter p̄uatos. Idem Jo. an. in ſummula de conſue. Idem ſatis pt3 ꝑ Thomā in pr̄ia ſcd̄e q. 91. arti. 3. Quis enim voles debite ⁊ ordinate viuere nō ſtatuit ſibi certas obſeruantias modos et tempora vt apte ⁊ conuenienter ſua negocia ex- equatur que quāto ſtrictius obſ̄uauerit tanto qd̄

intendit efficati⁹ citius ꝛ facilius obtinebit. Siliꝰ qͥs habẽs curã domeſticã nõne diſponit familiaꝫ ſuam ad certam maneriẽ ſcdm ꝙ ſtatus cõditio vl officium ſuũ exigit ꝛ requirit vnũquodqꝫ eni qñtũ habet de ordine tantũ hꝫ de bonitate. Unde Auguſtin⁹ in libro de ope monachoꝝ. Optima eſt inquit gubernatio vt vt omĩa ſuis tpibus diſtributa gerant ex ordine ne animũ hũanum turbulentꝭ implicationibus inuoluta ꝑturbent.

## De fundatõe cuiuſdã dom⁹ quorũdã cõmuniter viuentiũ ꝛ que debeat eſſe intentio.

Domus nr̃a ad hoc a ꝑſonis fidelib⁹ fundata ꝛ dotata eſt vt in ea deuoti viri p̄ſbiteri ꝛ clericiſſimul viuant in cõmuni q̃ de laboribus manuuꝫ ſuaꝝ videlicet oꝑe ſcripture ꝛ de redditib⁹ ſiue bonis eccl̃iaſticis vitaꝫ tranſigãt mediocreꝫ. eccl̃ias deuote frequentẽt. p̄latis ꝛ curatis ſuis reuerenter obediãt. humilem ꝛ ſimplicem habitum ſtatui tñ clericali cõpetentẽ deferãt canones ꝛ decreta ſanctoꝝ patrum diligentꝰ cuſtodiant virtutũ ꝛ deuotionũ ſtudijs ſolerter inſiſtãt et nõ ſolũ irrep̄henſibiles verũetiam exemplares ſe alijs exhibeãt vt ſic poſſint deo gratũ ꝛ acceptabile ſeruitiũ exhibere nõ ſolũ de ſua bona ꝯuerſatione ſed etiam de alioꝝ (quorum corda ꝑ eorum monita ꝛ exẽpla cõpungere dignabitꝰ) conuerſione ꝛ ſalute. Quia igitꝰ verus ꝓfectus vite ſpũalis cõſiſtit in cordis puritate q̄ neglecta fruſtra ad ꝑ-

fectionē nitimur que eſt in caritate. Sit igiť ſum=
mū ꝛ cottidianū ſtudiū ꝛ exercitiū noſtrū ꝓficere ī
cordis puritate vt videlicz p̄mo oīm diſcam⁹ noſ=
ipos cognoſcere: vicia ꝛ paſſiões aīe ſine diſſimu
latiōe dijudicare ꝛ eas totis virib⁹ niti extirpare
gulam domare ꝯcupiſcētias refrenare ſupbiā de=
primere tpalia ꝯtempnere ꝓprias volūtates fran
gere ꝛ alia quelibz vicia impugnācia expugnare.
Et inter hec ꝑ veris virtutib⁹ acquirēdis ſummū
ſtudiū adhibere vt vicz humilitatē caritatē caſti=
tatem pacientiā obedientiā ac alias virtutes in q̊=
bus bn̄placitū eſt dn̄o deo poſſim⁹ obtinere. Iſta
eſt verior ꝛ tucior via ꝛ modus ꝓficiendi in vita
ſpūali ꝓut ſancti patres determinauerūt ꝛ habeť
inde notabiliter in collationib⁹ patrū in p̄ma col=
latione abbatis moyſi ꝛ in ꝓfectib⁹ religioſorum
vbi dr̄ de caathicis quos optīe iudicat de triplici
genere religioſoꝝ. Ad iſtum modū ꝓficiendi de=
bemus oīa noſtra exercicia dirigere orationē me=
ditationē lectionem opus manuū vigilias ieiunia
exercitatiões cōpoſitionē tam interioris ꝙ exteri=
oris hominis vt ſic directa via ad caritatez dei ad
guſtū eterne ſapientie poſſim⁹ ꝑuenire.

## ¶ De materijs meditandi.

Uia Xoſtimor dn̄i neceſſari⁹ ē ꝓficere vo
q lentib⁹. qui eīn ſine timore eſt nō poterit
iuſtificari. Idcirco expedit cuiqz noſtꝝ in=
defeſſe ruminare materias illas que ꝓuocant ho=
minē ad timorez dei vt eſt materia de peccatis de
morte de iudicio ꝛ̇ inferno. Sed ne timor ꝯtinua=

tus mentem deiectã ꝛ deſperatã faciat ſi nõ in ſpe diuine miſericordie reſpiret. Idcirco intermiſcere expedit materias ad ſpem ꝛ amorẽ dei ꝓuocãtes vicȝ de regno celoꝝ de beneficijs diuinis de vita ihu xpi ꝛ paſſiõe eius. Quas materias ſic ſolem⁹ diuidere ꝛ alternare vt meditemur ſabbatꝭ d̃ peccatis. dñica die de regno celoꝝ ferijs ſcd̃is d̃ morte. ferijs tercijs de beneficijs dei ferijs quartis de iudicio ferijs quintis d̃ penis inferni ferijs ſextis de paſſione dñi de qua etiam ſingulis diebus infra miſſam ꝯuenit meditari incipiẽdo a vita dñi die dñica ꝛ ꝯſequenter ſingulis ferijs aliquẽ paſſum paſſionis ꝓut habemus ſignatũ. Circa feſtiuitates vero p̃cipuas ꝯformamus nos eccleſie catholice formando meditationes ꝛ exercicia noſtra de materia feſti. De his ꝓ innouatione memorie ſolemus aliquẽȝ punctũ ꝑlegere mane veſpere et de ſero.

## ¶ De hora ſurgendi et preꝑatione ad orationem.

Ane infra tertiam ꝛ quartã media hora in ſigno horalogij ſimꝉ ſolem⁹ ſurgere. Q̃d quidẽ faciem⁹ alacriter ꝛ viuacit̃ excutiẽdo ſompnũ ab oculis nr̃is memorãtes illud Ieremie in trenis. Conſurge lauda in nocte in principio vigiliaꝝ tuaꝝ: effunde ſicͭ aquã cor tuũ añ cõſpectũ dñi: leua ad eũ man⁹ tuas. Pro tũc em̃ p̃micias cogitationũ debem⁹ offerre dño deo ĩ aliq̃ bona cogitatiõe cordis intentionẽ ad dñm ꝯuertẽtes. vt ſic cõpoſiti ꝛ p̃parati ad dicendas horas et

oꝛōes ꝯſuetas accedere valeamꝰ. Quales eñ in
oꝛatiōe volumꝰ inueniri tales ante oꝛationez nos
debemus pꝛeparare.

## ¶ De hoꝛis legendis.

Estiuis diebꝰ ꝯueniūt pͣſbiteri ⁊ clerici in
f oꝛatoꝛiū ad legendū hoꝛas canōicas cum
curſu beate v̾ginis. Ferialibꝰ v̾o diebus
pͣſbiteri ſil̾ legūt clerici v̾o ſeoꝛſum duo ⁊ duo ho
ras ſancte crucꝫ cū curſu beate v̾ginis ⁊ pſalmos
ꝓ defunctꝫ ad matutīas ⁊ vſ̄. dd̾o oꝛōnes hoꝛasq̃ꝫ
legemꝰ moderate ⁊ modeſte ñ nimis curſoꝛie nec
nimis tractim ſolliciti vnifoꝛmit̾ legere ⁊ ſine cō-
fuſiōe. Et habebimꝰ nos cōpoſite in mēbꝛis ⁊ mo
tibꝰ nr̄is ſedendo viuaciter erecti vitando ſtrepi-
tus ⁊ ſonos qnantū poſſumus vt ſic decenter ⁊ de
uote pſoluamus officiū hoꝛaꝝ ⁊ oꝛationū noſtraꝝ.
Legimꝰ aūt matutinas ⁊ pꝛimas pariter. Reliq̄s
hoꝛas vſqꝫ veſperas legimꝰ ſeoꝛſum excepto ꝙ fe
ſtiuis diebꝰ legimꝰ nonā de tp̄e pariter.

## ¶ De ſtudio ſacre ſcripture.

Uia ſacra ſcꝑtura a ſcīs doctoꝛibꝰ ꝯſcꝑta
q ſa ubiq̄ inſtruit nos quō ī via dei ambula-
re debemꝰ mouet q̄ꝫ affectū ⁊ volūtatē ad
amoꝛē virtutū ⁊ fugam vicioꝝ ſimul etiā memoꝛiā
noſtrā ſecluſis vanis ⁊ nociuis cogitationibus oc
cupat fructuoſis ⁊ vtilibꝰ. Simus ergo diligētes
et ꝯtinui in ſtudio ſacre ſcꝑture habentes ſinguli
penes ſe aliquē libꝛum de canonica aut alias au-
tentica vel pꝛobata ſcriptura quē libꝛum eligamꝰ
de conſilio cōfeſſoꝛis nr̄i ꝑlegentes in eo ſingulis

diebus aliquem paſſum ꝓ ſpirituali refectiõe aĩe. Et ad hoc deputatam habem⁹ ſpecialiter vnã horam de mane p⁹ lectionem horaꝝ. Qua hora vitabimus inutiles diſcurſus ⁊ negocia impeditiua quib⁹ abſtrahamur a ſtudio niſi vtilitas maior incumbat aut obedientia aliud iniũgat.

## De miſſa.

m Iſſam cottidie cõſueuim⁹ audire. ad quaʒ audiendam ꝓpter vniformitatẽ omnes ſimul licet nõ pariter tranſim⁹ ⁊ ea finita redimus. Feſtiuis diebus ſummã miſſaʒ in eccleſia audimus. Ferialib⁹ vero diebus primã p̃terq̃ in aliquibus feſtis videlicʒ beati Gregorij ⁊ Jeronomi. ⁊ in feſto ſancti Marci ⁊ in diebus Rogationum ꝓpter ꝓceſſionem ad ſummã miſſam tranſimus. In eccleſia nõ ſolem⁹ ad populũ ↄuerſi ſtare vel ſedere ne diſtrahamur mente ſed magis ab impedimentis liberum ꝓut oportunius valem⁹ locum querere ⁊ nos ꝓſternere vt eo intenti⁹ poſſimus cor noſtrũ ad deum dirigere. Qđ ſpecialiter infra miſſam ↄuenit. tunc em̃ p deuotam meditationem ⁊ cõpaſſionẽ dominice paſſionis et p pias affectiones quaſi ad ſpiritualem cõmunionẽʒ nos debemus preparare. Si enim ſm̃ Bernhardum omni tempore et omni loco precipue tamen illo in tempore et illo loco rem miſterij illius eo modo q̃ traditũ ẽ ( hoc eſt ) debite pietatis affectu agere tractare ⁊ ſumere ſibi in ſalutem omnibus in ꝓmptu eſt.

## De labore.

quorūdā cōiter viuentiū.

q Uoniam hūana fragilitas non pmittit vt homo in mentalib⁹ exercicijs ꝯtinue tot⁹ occupet. Idcirco ꝓut multipliciter pſuaſum habemus cottidie aliquid manib⁹ laboram⁹ Qui em̄ nō eſt ꝯtentus cottidie aliquid manibus opari nō pōt in cella diucius pdurare vt dr in inſtitutis ſanctoꝝ patrū de quib⁹ beatus Bernhar. in epl'a ad fratres de monte dei. Patres noſtri in egipto ⁊ thebaida ſancte huius vite ardentiſſimi ꝯmulatores laborabant manibus ſuis ⁊ de labore ſuo paupes paſcebant viuētes de labore manuū ſuaꝝ ⁊ habitantes in labore manuū ſuaꝝ. Opus etiam manuū reddit nos liberos ne habeam⁹ neceſſe inhiare ꝓ donatiuis alioꝝ. Que cauſa pmouit beatū Paulū cū ſcribit ad theſſolo. Nec panē gratis mendicauim⁹ ab aliquo ſed in labore ⁊ fatigatione ne quē veſtrū grauaremus. Inter opera manuū p̄cipue ꝯſulunt illa que cum ſpūalib⁹ propiorem vident hr̄e ſimilitudinē vt ē opus ſcriptu re ſicut dicit beat⁹ Bernhardus. Serius tn̄ ⁊ pru dens anim⁹ ad omnē ſe ꝯparat laborem ⁊c. Sic aūt cōſueuim⁹ diuidere tpa vt trib⁹ horis an̄ prandium ferialibus dieb⁹ qui clerici ſunt inſiſtāt p̄ſbiteri vero duab⁹. Decima hora an̄ prandiū ceſſantes. Poſt prandiū vo a duodecima hora vſq3 ad tertiam horam iterū operi manuū inſiſtim⁹. quarta hora ad opus redimus. Si tn̄ fuerit dies ieiunij laboramus ante prandiū vſq3 ad horā vndecimā ⁊ poſt prandiū incipim⁹ hora prima. In opere manuū debem⁹ eſſe fideles ⁊ feruentes. Maledictus em̄ qui facit opus domini neglient. Et l3 de

beamus eſſe cõtinui nõ tñ n imij vel importuni ne ſpiritū extinguamus immo debem⁹ niti manere ſi nõ in ꝯtinua bona meditatiõe ſaltē in bona affectione ſepi⁹ erigendo cor nr̄m ad deum ꝑ breues orõnes q̄s iaculatorias vocat beat⁹ Aug⁹. Item debem⁹ in ſilentio ꝑari breuius ꝑ tūc expediēdo ad nos veniētes niſi euidēs vtilitas ꝑſuadeat maturius loqui cum alio.

## ¶ De commeſtione.

a D menſaꝫ debem⁹ oēs ſimul mature tempeſtiue in pulſu ꝯueīre vt inſit vnuſq̄ſq꞉ cū legit̄ bn̄dicite. Sedentes ad menſaꝫ ſolem⁹ ſilētiū ſuare vt poſſim⁹ eo quieti⁹ ꝛ attenti⁹ ſacrā ſcripturā q̄ nobis ibid legit̄ auſcultare. Iteꝫ debem⁹ viſum ꝯtinere ne circūſpiciam⁹ q̄d ī menſa fiat niſi hoc alicui ex officio incūberet. Itē debemus cauere ne ſim⁹ exquiſiti vl' ſinglares ī q̄ntitate vel mō ꝑcipiendi cibū vel potū. Si habūde fuerit nobis āminiſtratū debem⁹ cū grāꝝ actiõe ꝑcipere. Si ꝟo ꝑci⁹ debem⁹ nihilominꝰ eq̄nimit̄ cõtenti eē. cogitātes de penuria ꝛ frugalitate multorum etiam ſeculariū qui mlto minoribus ꝛ vilioribus ſunt contenti.

## ¶ De dormitiõe poſt prandium.

i N eſtate ab octaua paſce vſq꞉ ad feſtū exaltatiõis ſcē crucis ꝯſueuim⁹ dormire p⁹ prandiū lectis nonis q̄uſq꞉ ꝑ lectorē menſe prādio ſuo facto fuerim⁹ ſuſcitati Eo tp̄e dom⁹ dꝫ eſſe clauſa ꝛ cauebit ſibi q̄ſq꞉ a ſtrepitu ne īpediat q̄eſcētes. In hyeme vero ſi poſt prandiū ſom

pno grauamur ſolem⁹ ſedentes modice inclinare caput p miſerere vel duo.

## Quid poſt cenam.

c Ena facta ⁊ dicto cōpletorio fac̄ vnuſq̄ſq; in camera ſua qd̄ ꝯueīt ſibi vl' pumicat vl' lincat vl' ſtudet vel loquit̄ cū aliq̄ de edificatiōe aīe vſq; ad horā octauā'. Qua ſignata ſine mora dimittem⁹ a nob̄ ſi q̄ aſſunt alieni et claudet̄ dom⁹ ⁊ vacabit vnuſq̄ſq; ſibi ſuando ſilentiū. Et tūc p̄cipue ꝯuenit qd̄ beat⁹ Bern. ait Fidel' ſuus iħu xp̄i p⁹ cōpletoriū ſingul' dieb⁹ capl'm ſibi teneat ⁊ ꝯuocat cogitatōib⁹ ſuis ponat cū eis rōez ⁊c. Et ſic media hora infra octauaz ſolemus ſimul ire dormitum.

## De collatiōe.

q Uia p collatiōez mutuā vbi d̄ aliq̄ mā ſacre ſcp̄ture fit caritatiuū colloquiū nō ſolū inſtruimur ad ſciāz ſ; etiā accendimur ad feruorē ⁊ p̄cipue nutrit̄ ex hoc caritas fratna Dic̄ eīn btūs Anthoni⁹ optimū eē ſi ſe frēs mutuis cōſolent̄ ſmonib⁹. Idcirco ꝯſuemus feſtiuis diebus p⁹ prandiū p horā ꝯueīre ⁊ colloq̄ d̄ aliq̄ materia edificatoria occaſionē loquendi ſumentes ex aliq̄ paſſu ſcripture qui leget̄ nobis p aliquem qui fuerit deputatus cuſtos collatiōis. Qui etiam ſollicitus ſit āmonere frēs vt d̄ materia ꝓpoſita vniformit̄ loquant̄ nō adducētes vana vl' extranea. Nec fiāt int̄ nos diſputatiōes vl' argumentationes infructuoſe ſed vnuſquiſq; cum modeſtia proponat qd̄ ꝓ materia deſeruit. Solemus etiāz dominicis

diebus ꝛ in pcipuis ſolennitatib⁹ de ſero p⁹ cenã cõueuenire ꝛ lecto cõpletorio colloqui ꝯſquenter de materia poſt prandiũ ꝓpoſita. Illa etiã dñicis diebus ꝯferem⁹ de ſcolaribus vel etiã alijs homi nibus bone volũtatis qui veniũt ad nos cauſa inſtructiõis vt illos agnoſcamus ꝛ circa eos q̄ bone ſpei videnť diligentiores exiſtam⁹.

## ¶ De amnonitiõe.

F Eſtiuis diebus poſtq̄ diuina officia in eccleſia fuerint de veſpera expleta de bona conſuetudine ꝯſueuerũt ad domũ noſtraꝫ venire ſcolares ꝛ alij boni viri cauſa ſpũalʼ inſtructionis. Quibus legeť in teutonico aliq̄s paſſus ſacre ſcripture de materia plana que ad emendati onem vite eos poterit ꝓuocare videlicet de vicijs de virtutib⁹ de ꝯtemptu mundi de timore dei ꝛ ſi milibus. Quo facto ſtudebit vnuſquiſqꝫ ſm datã ſibi gratiã aliquos eoꝝ alloquendo ad idipm verbis edificatorijs eos cõmonere. Nõ quideꝫ p modum pdicationis ſed ſimplicis exhortationis. Et hoc quidem faciem⁹ feruenter ꝛ efficaciť. Attendentes q̄ nõ eſt deo grati⁹ ſacrificiũ q̄ʒ zelus aiaꝝ. In quo ope nõ ſtudebim⁹ ornatis locutiõib⁹ vel mgr̃alib⁹ allegatiõib⁹ q̄ paſcãt tm̃mõ aures audientiũ ſꝫ magis motiuis ꝛ cõpunctiuis v̈bis vbiqꝫ corda ꝛ voluntates nr̃as ꝛ alioꝝ ſtudeam⁹ tangere ꝛ cõmonere. Quia vero priuata et familiarꝭ allocutio vnũquēqꝫ pl⁹ mouet bonũ ē nũc vnũ nunc aliũ ĩ priuato alloq̄ ꝛ ſm ſtatũ ꝛ exigentiã cuiuſqꝫ ad meliora ꝓuocare. Et ſi qui a nobis conſiliũ po-

ſtulauerint poſſum⁹ eis humiliter ⁊ mature quod
bonū videt̄ ſuggerere. In arduis tn̄ caſib⁹ ꝯſulen
dum ⁊ in cōfeſſionalib⁹ ad eum qui preeſt domui
noſtre eos dirigere Quādo vo ad cameras nr̄as
locuturi nobiſcū veniunt nō debemus eos diuci⁹
et ad longius vltra dimidiam horā apud nos te-
nere nec de inutilib⁹ aut rumoribus ſeculi cuꝫ eis
colloquiuꝫ habere ſed magis de his que ꝓ ſalute
animaꝝ ſuaꝝ eis neceſſaria vident̄ efficaciter eos
inſtruere ꝑcipue exhortātes vt in reuelandis tem
ptationib⁹ ⁊ paſſionib⁹ ſuis ſint apti ⁊ ad acquie-
ſcendum ſanis ꝯſilijs ꝓmpti ⁊ voluntarij.

## ¶ De correptiōe.

Voniam correptio ꝓut eſt actus caritatis
q fraterne neceſſaria videt̄ ꝓ ꝯſeruatiōe di
ſcipline. Dicit em̄ Criſoſtom⁹ Bon⁹ niſi
correptus fuerit perit. Idcirco ꝓpoſuim⁹ nos in-
uicē ex caritate corripere ſcd̄m modū nobis a ſal-
uatore ꝓpoſitum. Si peccauerit in te. i. te ſciente
frater tu⁹ corripe eum inter te ⁊ ipm̄ ſolum ⁊c̄. In
correptione debem⁹ attendere illa tria que ponit
Bernhar. videlicet cōpaſſiōis affectuꝫ. zelum re-
ctitudinis. ſpiritū diſcretiōis. Item debem⁹ inui-
cem corripere de aptis neglientijs ⁊ exceſſib⁹ cō-
tra bonos mores ⁊ pias cōſuetudines maxime q̄s
habemus in ſcriptis. Item de verbis duris clamo
roſis iocoſis de excuſſu riſu ꝺ verbis ocioſis ꝺ mul
tiloquio infra tempus cuiuſlibꝫ operis de guerris
aut rumoribus ſeculi que ad nos nō ſpectant cum
hoſpitibus. ſiue inter nos de ſilentio infra com-

nos de ſilentio infra cōmeſtionem poſt octauam ⁊ in coquina ꝓut melius teneri pōt de negligentijs ī officijs cōmiſſ. de ꝑtinacia in ꝓpria voluntate et ꝓprio conſilio ſiue excuſando ſiue defendendo de moribus ⁊ geſtib⁹ incōpoſitis ⁊ incōſuetus ⁊ ſic d̄ ſimilibus. Iſtud omīno viſum eſt expedire ne per minima nō correpta ſucceſſiue vicia in domo pullulent ⁊ feruor paulatim pereat. Et ideo vt liberiores ad corripiendū nos mutuo faciamus quilibꝫ ibit ſemel in quindena ad aliquē de fratribus petendo vt nō vereatᷣ eum corripere cum ī aliquo exceſſu ab eo fuerit deprehenſus.

## De rectore.

Quia ⁊ in magna ⁊ in pua q̄libet republica ſi cōſeruari debeat neceſſe eſt eſſe vnū preſidentem. Dicit eñ Jeronim⁹. Non ciuitas nō regnū nec minima domuncula diu manerꝫ in rure ſi cuius voluntati pareretᷣ deeſſet. Idcirco de cōmuni cōſilio fratrū ⁊ aliorū amicorū noſtroꝝ fideliū deo deuotoꝝ conſueuim⁹ vnū p̄ſbiterū ad hoc deputare qui patriſfamilias loco: pſonaꝝ domus ⁊ rerū ad eam ptinentiū p̄ncipalē curam gerat. Huic: licet nullā auctoritatē iuriſdictionalem ſup frēs habeat: tñ ꝓpter profectū ſuū ⁊ meritum obedientie ⁊ ꝓpter pacē domeſticā ⁊ ꝯſeruationē rerum ⁊ ſtat⁹ nr̄i ex caritate ſubiecti eſſe: non grauabuntᷣ. Huic p̄cipue incūbit frēs de exceſſib⁹ corripere ⁊ redarguere ꝯfeſſiōes pſonaꝝ dom⁹ de licentia p̄latoꝝ ſuoꝝ audire. ⁊ ad meliora q̄ꝫ ṽbo ⁊ exemplo eos ꝓuocare. Huic frēs in corde carita-

tem in verbis fidelitatē ꝛ in exhibitiōe reuerētiaꝫ
ſtudeant cōſeruare. Et licet vbiqꝫ tñ maxime in p̄
ſentia eius obſeruare fratres debēt vt modeſte et
verecunde ſe habeāt. Sine huius ſcitu ꝛ licentia
nemo preſumat lr̃as alicubi mittere aut miſſas a-
perire vel legere. Sine hui⁹ licentia nemo domū
exeat p̄terq̄ ad eccl'iam tp̄e debito ꝛ conſueto niſi
ꝓpter cōmiſſionem aliquā de hoc generalē licen-
tiam habuerit. Et talis nihilomin⁹ ſi rectorez in
via exitus ſui obuiū habuerit ꝓpter reuerentiā di
cat ei quorſuꝫ tranſire cogitauerit. Item ſine ſcitu
rectoris nemo p̄ſbiteroꝝ de nouo recipiat aliqueꝫ
ad cōfitendū. Si tñ rector abſens fuerit fiat q̄ p̄-
ſbitero vtile viſum fuerit. Itē ſine eius licentia ſi
p̄ñs fuerit nullus fratꝝ hoſpites inuitet. Et ī ei⁹
abſentia qui inuitandus videť de licentia ꝓcura-
toris inuiteť. Item ſi aliquid de maioribus nego
cijs dom⁹ nr̃e vł alias graue tractandū fuerit ip̄e
fratres in vnū faciat cōuenire ibiqꝫ cū om̄es quid
ſenciant libere pronunciauerint quod maiori ꝛ ſa
niori ꝑti viſum fuerit expedire ꝑ eum vlterius cō
cludať. In minoribus vero negocijs: que conſili-
um et deliberationem fratrum requirūt: cum ꝓcu
ratore et duobus vel tribus de ſeniorib⁹ colloqui
um habens quod ſanius et rationabilius inuentū
fuerit ſine diſſenſione aut ꝑtinacia cuiuſq̄ pacifi-
ce determineť. Quod ſi negocium tale quod abſit
ꝓpter diſſenſiionem inter ſe expedire nō poterint
ad oēs fratres referať ꝛ qđ maiori ꝛ ſaniori parti
viſum fuerit ſine replicatione concludatur. Cete-
rum ſtudebit rector domus noſtre alijs fratrib⁹ ſe

conformare in cibo ⁊ potu ⁊ humilitate habitus ⁊ ceteris ꝯſuetudinibus que ꝯuenienter ſuare poterit. Nec conceſſo ſibi abutat̃ officio ſ; ſciat ſe eo magis debere irreꝑhenſibilem gerere quantũ humana ꝑmittit fragilitas tam corã extraneis ꝙ coram domeſticiſ ⁊ videat ſibi ne querat que ſua ſunt ſed que ihu ꝑpi. In fratrib⁹ ſuis ſic ꝓſequat̃ vicia aliena vt nõ palpet ſua nec dominũ ſe attendat ſ; fratem fratrũ ſuoꝝ quibus ſi vere ſupior vult inueniri oĩm ſeruum ⁊ minimu; ſtudeat ſe in veritate eſtimare. Nitat̃ ipe ꝑcipue eſſe affabilis et dulcit̃ ſeriosus. In ammonitiõibus feruidus in conſilijs ꝓuidus ⁊ in ꝑmotiõe omnis boni ſollicitus. Fugiat ꝯplexitates ⁊ diſtractiones ſeculariũ negocioꝝ et precipue executiões teſtamentorũ vbi rõnabilit̃ recuſare poterit. Sit ſemꝑ paratus ⁊ voluntari⁹ cedere officio ſuo ſi fratribus et amicis noſtris videat̃ alteri iniũgendum. Ceterũ fratres nõ debẽt eſſe proni ad iudicandum ſiue ſiniſtre interꝑtandũ facta vel dicta rectoris ſui etiam ſi humanũ aliq̃d in eo notauerint. Quod ſi ammonere eum vel premuniri vtile videat̃ fiat hoc ſeruata debita humilitate ⁊ verecũdia. Et quia interdũ eum latere cõtingit tam de ſe ꝙ de alijs que expediret ſibi notificari bonum eſt ꝙ ad hoc deputet vnum de fratribus qui de talibus eum habeat ammonitũ ⁊ ꝑmonitum. Saluo tamẽ ꝙ vnuſquiſq; in ſpecie cor ſuum eidem libere debet aperire.

## De procuratore.

P Ro ſpeciali cura temporaliũ noſtroꝝ rectoꝛ dom⁹ de ꝯſilio fratrũ vl̃ maioris et ſa

niorís ꝑtis eorũ eligere conſueuit vnũ ꝓcuratorẽ. Cuius officium eſt redditus noſtros ⁊ alia que de bent nobis monere ⁊ tollere legata ⁊ donata leua re ⁊ que nos tenemur ꝑſoluere quecunqꝫ ꝓ victu et veſtitu indigem⁹ tempeſtiue ꝓcurare quecũqꝫ emenda vẽdenda vł coquẽda ſunt ordinare. Ipe ſollicitabit ne res domus pereãt ⁊ annullent ſiue in victualibus ſiue in vtenſilib⁹ ſiue in edificijs ⁊ q̃ curãda vel repanda ſunt ꝑ ſe vel ꝑ aliuꝫ ſtudeat repare. Non tñ aduocabit alienũ opariũ ſine cõ ſilio rectoris. Cum aliqđ edificandũ eſt ei incum bit ꝓuidere de ſin gulis. Saluo ꝙ ſtructura ordi net de conſilio rectoris ⁊ fratrũ Item ipe cõſueuit admenſam miniſtrare cũ rectore ⁊ in abſentia re ctoris facit ad menſam facienda vice rectoris. Itẽ põt aduocare fratres indifferenter ad cõmunes la bores in domo ⁊ põt cocũ ⁊ ſocium eius mittere ꝓ negocijs ſuis extra domũ ſed nõ alios fratres ſine licentia rectoris. Itẽ licet ei exire ꝓ negocijs ſuis in ciuitatẽ qñ vtilitas requirit. Aſſueſcat tñ pri⁹ alloqui rectorem ſi ꝯuenient põt vel ſaltem libra riũ vel coquũ vt ſciat vbi ſit. Item omnia recepta cõceſſa legata vel donata ſollicite ⁊ ſine dilatione ponat in ſcriptis. Similiter debita ſoluta deleat ſine mora. Alias eñ notabile incõmodũ vel etiaꝫ diſſeptatio cũ extraneis poſſet inde euenire. Iteꝫ non concedat ab aliquo vltra q̃nqꝫ florenos renen ſes ſine ſcitu et conſenſu rectoris vel duoꝝ fratrũ diſcretorũ ſi rector abſens fuerit. Nec etiam cõce det vltra dimidiũ florenũ vni ꝑſone ſine ſcitu vt ſ. Iteꝫ nulli aliquid ſiue in pecunijs ſiue in alijs re

b

bus vltra duarꝫ placcarꝫ nec etiam valorem duarꝫ
placcarꝫ ſepius dabit. Nec etiã cõcedet aliquibus
vtenſilia domus vicꝫ lectos linteamina ollas ꝛc.
ad quartale anni ſiue vltra ſine ſcitu rectoris. Itẽ
de elemoſinis dandis paupib⁹ ipſe ſollicitabit ſed
nõ excedet notabiliter modũ ꝯſuetũ elemoſinarũ
ſine ſcitu rectoris. Item nõ p̃ſumat abſente recto-
re aliqua attemptare vł imponere que non faceret
ſi p ſe p̃ñte rectore. ſꝫ aliq̃ cauſe neceſſarie occurre
rent in hmõi faciat de cõſilio duorꝫ vel triũ diſcre-
torũ fratrũ. Item ſtudeat expedite facere faciẽda
et non ocioſe huc illucqꝫ diſcurrere quaſi ſub pal-
lio officij ſui. ſꝫ ſemp quo citius recurrere ad labo
rem manuũ ſi hora eſt vel ad ſpũale exercitiũ ĩ ca-
mera ſua. Et precipue de mane ꝛ de veſpere nitat̃
ſe abſtrahere ab occupatiõib⁹ recolligendo men-
tem ſuam ne diſtractiões externe penit⁹ euiſcerẽt
eum a deſiderio eternorꝫ ꝛ faciant ſecularẽ. Item
laboratoribus nr̃is ꝛ p̃cipue paupib⁹ clericis qui
laborant nobis ſoluat plenã mercedeꝫ opis ſui ne
habeant de nobis cõqueri. Item nitat̃ ꝓinde tra-
ctare ꝛ facere pacta ſua cũ ſecularib⁹ ne cõtingat
cum eis habere diſſenſiones ꝛ rixas. Item videat
ſibi ꝙ inueniat̃ verax ĩ ꝟbis ſuis ꝛ nõ pmittat de
bita nr̃a q̃ tenemur diu inſoluta maxĩe vbi credi-
tores nr̃i nõ ſunt ꝯtenti d̃ mora ſolutiõis. jtem nõ
pmittat q̃ debent̃ nob̃ inueterari ne debitores nr̃i
obliuiõi tradãt ꝛ poſtea recuſent ſoluere ſi ĩ hmõi
reptus negligẽs fuerit ſciat ſe increpatiõe dignũ
eo ꝙ nõ fuerit in cõmiſſo fidelis. jtem diligent̃ cu
ſtodiat cedulas ꝛ regiſtra reddituũ noſtrorꝫ et ps-

ċta cũ colonis nr̄is cũ quib⁹ ip̄e habet cõputare ⁊ tractare tractanda ſed nõ elocabit aliquã terram ad annos ſine ſcitu rectoris. item ſemel ĩ anno circa tp̄s inicij regiſtri ſui cõputationẽ faciet de om̄ibus coram rectore ⁊ fratrib⁹. reſignãs burſam claues regiſtrũ ⁊ officiũ ſuũ q̄ntum in ip̄o eſt ⁊ petẽs humilr̄ abſolutionẽ. item fratrib⁹ qui debẽt ambulare extra ciuitatẽ dabit burſaꝫ cũ pecunijs ſm̄ ꝙ reyſa breuior vl̄ longior ſibi videbit̄ exigere. Qui etiã reuertentes reddant ſibi burſaꝫ ⁊ pecuniaꝫ ſi que ſupfuit. item ſaluis p̄miſſis ſit ille qui hꝫ officium ꝓcurature ſicut ceteri fratres ⁊ videat ſibi ꝙ vtiliter humiliter ⁊ patient̄ habeat ſe cũ fratribus et ip̄i fratres humilr̄ benigne ⁊ caritatiue habeãt ſe cum om̄ibus maxime tñ cum eo: ſic enĩ decet vt eis qui preſunt in ſollicitudine non oneroſos ſed gratioſos ſe exhibeant.

## ¶ De liberario.

Vni õ frĩb⁹ ꝯſueuit cõmitti cura librorũ nr̄oꝝ ⁊ ſollicitudo ſcribẽdoꝝ ⁊ parãdoꝝ et cuſtodia pirgameni. Circa libros nr̄os ſollicit⁹ ſit ne male tractent̄ ne inepte ponant̄ ⁊ q̄ emendatiõe indiguerint in correctura ligatura et ſilib⁹ emẽdent̄. hẽat ſingulos libros ĩ regiſtro diſtincte ſig̃tos. ꝯſideret cauti⁹ q̄bus ꝯcedant̄ ⁊ eoꝝ noĩa ⁊ terminũ ꝯceſſionis ſignet diligenter Si aliquis liber amiſſus fuerit dicat de hoc rectori et ſi ip̄e ĩ culpa ẽ petat veniã humilr̄ ⁊ ne habeat cottidie acceſſ⁹ ſcolariũ petẽtiũ ſtudia ſtatuat eis certã horã feſtiuis dieb⁹ q̄ vacꝫ circa eos expediẽdos

Itez ſemel in anno in eſtatē colligat omēs libros noſtros et hora debita vocent fratres pn̄te rectore ad ꝓuidendū mundandū ⁊ examinandum eos. Item deputabit ei ſocius ꝓ libris q̄ ſunt in libraria maiori qui cuſtodiat d̄ his regiſtrū et ꝓuideat de legendo ad menſam. Nō tn̄ ꝯcedet de his aliquē librū extra domū ſine ſcitu librarij ſꝫ de notabilioribꝰ libris nō niſi de ꝯſilio rectoris vltra vnū diem. Itē vnus de his quē deputabit rector ſedebit iuxta lectorē in menſa ꝓ correctura eius ſi opꝰ eſt. Item fratres noſtri in domo pn̄t auferre vnuꝫ librum de libraria ꝓ ſtudio eis deſignatū a rectore ⁊ ſignare nomen ſuum in tabula. plures non ſumant ſecum ad cameram ſine licentia librarij vel eius ſocio. Item ſemel in principio cuiuſlibet mēſis ꝓuideat ſocius librarij regiſtruꝫ ⁊ tabulam de libris ⁊ colligat. Hinc inde omnes libros p̄ter ſtudia fratrum ⁊ reponat diſtincte in librariā. Circa ſcribenda in domo noſtra ſit librariꝰ ſollicitus vt omnes fratres ſufficienter habeant ad ſcribenduꝫ et ſi fieri poteſt omnibꝰ ꝓcuret latinū ſcribere in domo noſtra et ideo nō facile remittat aliqueꝫ petentem ſibi ſcribi bonum librū q̄uis ꝓ tp̄e nullus vacaret de fratribus ſed inducat vt expectet modico tp̄e. Itē cum aliquis petierit ſibi ſcribi librū pro quo habet ſcriptorem oſtendat ei manū ſcp̄toris ⁊ ꝯueniat cum eo de quaternis ad certuꝫ p̄ciū niſi ſit contentus de cōputatione noſtra conſueta de notabilibus tn̄ libris nō cōueniat cum aliquo de certo precio niſi de conſilio rectoris vel quē ſibi ꝓ conſiliario deputauerit. Item faciat ꝓinde

cōtract⁹ ſuos maxime cū ignotis ne poſtea cū aliq̄ altercari neceſſe habeam⁹ ⁊ ideo ſm cōiecturā p̄dicat de p̄cioſitate ⁊ petat aliquas pecunias circa iniciuꝫ libri. Et vbi nō p̄ſumit̄ prompta ſolutio nō reſignet librū an̄ ſolutionē vl' fideiuſſionē competentē. Item p̄dicat vbi res videt̄ exigere ſi ſcriptor ꝓpter infirmitatē vel aliam cauſam rōnabilem nō poſſit librū terminare q̄ ꝯtentus ſit ſi in alia manu equiualenti cōpleat̄. Item ſumme ſollicitus ſit ꝓcurare ſcriptorib⁹ exemplaria correcta ne grauemus ꝯſcientias nr̄as incorrectos libros ſcribendo. Item habeat aliq̄tiens āmonitos fr̄es noſtros vt fideliter faciāt opus ſuū ⁊ ꝓuideat ſcripturam fratrū noſtroꝝ ſpecialit̄ qui minus ſciunt ſcribere ⁊ qui noui aliquid incipiūt ꝓuidendo eis de vna riga vel duabus melioris ſcripture ꝓ exēplari ante ſe locando ſi opus h̄nt. Item ante ligaturam libroꝝ ꝓuideat ſi bene ſint correcti ⁊ an correctura ſine notabili macula ⁊ de formatione libri ſit inſcripta ꝺ q̄ etiā pri⁹ habeat āmonitos fratres Item ꝓuideat ſcriptorib⁹ noſtris de inſtrumentis neceſſarijs videlicet artafis pennis pinnice creta et ſimilibus. Item ꝓuideat illuminatori ⁊ ligatori de his quibus indigent in opere ſuo ⁊ cōmittat eis q̄ p̄dicant ſibi ſatis tempeſtiue vt poſſit expēſis minorib⁹ eis ꝯparare Itē habeat ſollicitudinem de incauſto braxando cū deputato ſibi coadiutore et q̄ vtiq̄ bonū īcauſtū fiat q2 facile boni libri ꝓpt̄ malū incauſtū annichilant̄. Circa cuſtodiā pergameni ꝓuidere debet ſibi vt tēpeſtiue procuret ꝑgamenū furcenū ⁊ papirum vt habeat in bona co

pia vt poſſit ſingulis amminiſtrare ſm exigentiaꝫ
librorꝫ.jtem ꝯueniēs videt ꝙ cū deputato ſibi co-
adiutore formet ſimul magnā ꝑtem pirgameni ne
cottidie oporteat circa formatiōeꝫ occupari.Et in
formando caueat maculas angulos rupturas ꝛ ſu
turas q̄ntū poteſt. jtem ꝑ pirgameno ꝓcurando
deputabit librario vna cõpetens ſumma qđ ſupᷓ
eſt ſingulis annis cõputatione facta cedet ꝓcura
tori.jtem nō p̄ſumat dare alijs de rebus ſibi cõm-
miſſis niſi forte fruſtra pirgameni nō deſeruientia
ad aliquā formā vel ſimilia de quibꝰ p̄ſumit habe
re licentiaꝫ.jtem ſit ſollicitꝰ plane ꝛ diſtincte oīa
debita ꝛ accepta ſignare ī regiſtro ſuo . Et videat
vt mature emoneat p̄cium librorꝫ ꝛ ea que debent
ſibi ſciens ſe correptiōe dignū ſi in hoc negligens
fuerit quia ſepius dampna ex hmōi negligētia ſu
ſtinuimꝰ.jtem ſemel in anno cõputationem faciat
coram rectore ꝛ fratribus de lucro ſuo ꝛ fratrum.
Et qđ habuerit de hmōi lucro in pecunijs ꝓmptꝭ
tradat ꝓcuratori.Reliquū ſoluet paulatim qn̄ ei
ad manꝰ venerint alique pecunie.jtem cõputatio-
ne facta reſignabit regiſtrū burſam claues ꝛ offici
um ſuū q̄ntū in ip̄o eſt petens humilit̄ abſolutio-
nem a rectore ꝛ fratribꝰ.jtem ſingulis annis poſt
ꝙ cõmiſſio iſtius officij fuerit eidem vel alteri de
nouo facta ꝓuidebit rector ꝛ librariꝰ cū alio intelli
gēti ad hoc aſſūpto regiſtrū de p̄cijs formarꝫ nrarꝫ
tam pirgameni ꝙ ſcripture ꝛ deliberabit an ſit cõ
petens iuxta decurſuꝫ monete et precioſitatē tem
poris ne plus vel minus capiamus quam ſit iu-
ſtum precium.

## De veſtiario.

Jcet ꝓcuratori incumbat ꝓuidere fratri-
l bus de veſtitu ꝯſueuit tñ a rectore ī ſuble
uamē ꝓcuratoris vni ꝺ fratribus cōmitti
ſpēal' cura de veſtib⁹ laneis calceis ⁊ lineis ⁊ calo
podijs Iſte r̄ſpectū hēbit ne frēs defectū ī aliq̄ ho
rū patiant̄ vñ rupta faciat quociti⁹ reſartire Que
vero attritiōe ſoluta reſartiri decenter nō pñt no-
uis ſtudeat cōmutare. Nō tñ ñat alicui noua toga
vel tunica ſine ſcitu rectoris cui veſtiarius de hoc
debꝫ intimare. De p̄cioſitate panni ſeruet̄ modus
noſter ꝯſuetus vicꝫ ꝓ togis ⁊ tunicis noſtris qua-
tuor vlne nō excedent valorē vnius ſcuti francie.
Sed ꝓ capucijs tres. jtem ip̄e dicit ꝓcuratori vt
pannū ſatis tempeſtiue ꝓcuret. jtem pannum ip̄e
cuſtodiat vel ſartori noſtro cuſtodienduꝫ tribuat.
Item ꝓxima feria poſt feſtū exaltatōis ſancte cru
cis ip̄e circueat cameras fratū cū rectore ⁊ ꝓuide-
ant lectos ⁊ lectiſternia lintheamina ⁊ ſuppelle-
ctilia fratruꝫ. Silr̄ cuſſinos ⁊ veſtes inferiores vt
qui in aliquo hoꝝ ſuꝑhabūdat quo carere pōt re-
ſignet. Qui vero deficit ꝑ ꝓuiſionē veſtiarij quo
indiget oportuno tp̄e accipiat Habeat qnilibꝫ fra
trum pelliciū ⁊ duas ſubtunicas vnam duplam et
vnā ſimplaꝫ. Pellicia fratrū ante feſtū ſancte cru
cis aliq̄ ſerena die ſimul in ortū vētilāda et excuci
enda ipſe deferat et que reparatiōe vl' innouatiōe
indigēt ip̄e ꝓuideat. In figura veſtimētoꝝ nr̄oꝝ
latitudine vicꝫ ⁊ lōgitudine ſuet̄ mod⁹ q̄ hūiles

et deuotos clericos decꝫ. p̃ſbiteri hñt tunicas lõ=
gas vſqꝫ ad talos. Clerici vero ad latiudinez ma=
nus ſupra talos. laici nr̃i adhuc breuiores. Clau
ſa ſunt deſup̱ veſtimenta noſtra de colore vitamꝰ
omẽs deferre vniformẽ colorem ne aliquis poſſit
nobis de vniformitate habitus calũniari. Proui=
deat igit̃ veſtiariꝰ vt duo vel tres habeãt tunicas
de nigro panno. Simil̃r tres vl̃ q̃tuor togas d̃ ni=
gro panno. Sed quibus hec diſtribuenda ſunt or
dinet̃ a rectore. Item ꝓuideat veſtiariꝰ circa feſtũ
exaltatiõis ſancte crucis an aliq̃ tunice inferiores
lociõe indigẽt vt lauent̃. Itẽ pannũ lineum ꝓ ca=
miſeis ꝛ femoralibus ip̃e habet ꝓcurare. Et vt li=
nea veſtimenta lauent̃ qu otiẽs fuerit oportunũ ꝛ
vt lota diſtribuant̃ fratribus in qua diſtributione
nulla fiet ſpecificatio niſi ꝙ reſpiciat̃ quãtitas ſta=
ture fratrum. Et quia de lauandis ip̃e habet ſe in
tromittere etiaꝫ de mappis menſalibꝰ ꝛ manuter=
gijs lauandis ꝛ innouandis eidem cura cõmiſſam
Item circa iniciũ menſis octobris ip̃e dabit fratri
bus capucia duplicia circa hyemẽ que hyeme p̃=
cedẽte ab vnoquoqꝫ recepat. Que ſi ſatis attrita
fuerint cõmutabit in noua. Et recipiat ab eis ſim=
plicia in ſuam cuſtodiã ꝓcurando vt lauent̃ ꝛ cu=
rent̃. Eodem quoqꝫ tp̱e dabunt̃ fratribꝰ calige et
ſocri ꝛ alia quibꝰ indigent circa hyemẽ. Iteꝫ cir=
ca finem menſis aprilis recipiet a fratribꝰ capucia
duplicia ꝛ reſtituet eis ſimplicia. Item frẽs debẽt
humilit̃ ꝛ cũ gratiaꝝ actiõe recip̱e quod eis fuerit
amminiſtratũ nec cõqueri ſup̱ vilitate alicuiꝰ ve=
ſtimẽti. Attendentes ꝙ q̃ p̃cioſis ꝛ mollibꝰ veſti=

untur in domib⁹ regū ſunt. Nō em̄ celeſti ſed ter-
reno regno militāt q̄ ꝓ deo ꝑpeti aduerſa fugiunt
ſed ſolis exteriorib⁹ dediti p̄ntis vite molliciē et
venuſtatē querūt. Itē ſi aliq̄s frater pateret̄ defe-
ctum aliquē rupturā vel ſciſſurā in veſtimentis q̄
ad extra nō dep̄hēderet̄ hoc deberet cū debita hu
militate referre veſtiario. Ipſe vero veſtiari⁹ ſol-
licitus ſit quantū paup̄tas nr̄a ſuſtinet om̄ib⁹ mo
derate ꝓcurare nec ꝑmittat aliquē in diſſutꝫ ⁊ at-
tritis diuci⁹ incedere niſi forte ex induſtria de vo-
luntate rectoris ob humilitatꝫ exercicium aliquis
vetera ſolito tardi⁹ cōmutare ꝑmitteret̄. Iteꝫ ve-
ſtiari⁹ pie corripiat eos q̄ negligēti⁹ veſtes cuſto-
diūt. Item ꝓuideat vt habeant̄ lebetones ꝓ labo
rantib⁹ in externis ⁊ calcei ⁊ pillei ꝓ itinerātib⁹.

## ¶ De infirmario

i Infirmoꝝ cura vni de fratrib⁹ ſolet cōmit
ti. Huic p̄cipue ꝯuenit eſſe cōpaſſiuū ⁊ ob-
ſequioſū. Iſte poſtq̄ ꝑ rectorē vl̄ ꝓcura-
torem ad alicui⁹ nr̄i infirmi ſeruiciū vocat⁹ fuerit
de cetero frequentius ſcd̄m q̄ infirmitas plus vel
minus videt̄ exigere ad eū debet accedere eiq̄ꝫ ſe-
dule miniſtrare lectū eius p̄parare ⁊ ea quib⁹ cir-
ca lectum ꝓ infirmitate indiguerit ꝓcurare. Cibū
ipſe habet apponere ⁊ que cōmedenti ſuꝑ fuerint
aſportare. Ei licet coq̄nā intrare ⁊ de coquēdis ꝓ
infirmo ꝓuidere. Si ꝓ medicina aliq̄ faciēda vi-
det̄ ipſe habet rectori vel ꝓcuratori intimare. Si
circa infirmū vigilare neceſſe fuerit alij fr̄es de li-
cētia rectoris petāt infirmariū ſupportare. Iteꝫ ſi

infirmitas inualuerit de cõmunione ꝛ vnctiõe ſacra debet rectorẽ ammonere. Et debet diligenter ea que circa officia ſacre cõmuniõis ꝛ vnctiõis requirunt̃ ꝑparare de quib⁹ ꝑ ꝯſuetudine eccl'ie ſeruanda habeat cedulã in qua ꝑmiſſa ꝛ ea que circa officiũ defunctoꝝ ꝑtinent ſint inſcripta. jtez infirmarius ſm q̃d infirmo notauerit expedire, debꝫ eum dulciter ammonere ad patientiã ad gratiarũ actionẽ ad inuocationẽ dei ꝛ ſanctoꝝ ad ſpem ad fidem ꝛc. que ſaluti eius putauerit deſuire. Et ſi qui ꝑ longas cõfabulatiões et crebras viſitatiões infirmo oneroſi fuerint eos debet ab infirmo cohibere. Si vero ſine viſitatiõe que ſibi grata ſiue neceſſaria eſſet relinquit̃ hoc debet aliquib⁹ intimare. Et licet infirmarius ꝓ poſſe ſuo in omib⁹ que rationabiliter petit infirmus debet ei gratioſe cõdeſcendere ꝛ ſeruire. Caueat tñ infirmus nimijs et immoderatis ſeruicijs infirmariũ onerare. Siue etiã in diuerſis petendis ꝛ reqrendis q̃ minus neceſſaria uident̃ ipm ꝛ alios inquietare ſiue etiã queruloſus exiſtere. Sꝫ patientiã quã tpe ſanitatis habuit in ꝓpoſito tempore infirmitatis ſtudeat exhibere in facto. Studeat in omibus deo gratias agere ne infirmitas que data eſt ei ad purgationem anime vertat̃ in augmentũ culpe. Item caueat infirmari⁹ ne tempus quod ſibi ſuppetit ſub pallio ſeruicij ſui ocio vel negligentia deducat ſꝫ qñ vacare poterit ad laborem manuũ ꝛ alia cõſueta exercicia recurrat.

## ¶ De alijs officijs.

quorūdā cōiter viuentiū.

ſ Unt alia officia in domo nr̄a vicȝ coci et
adiutoris ei⁹ emptoris hoſpitalarij piſto=
ris braxatoris ꝛ ſartoris ꝛ ſi q̄ alia. Quo=
rū duo vel tria ſm ꝙ ꝯuenit aliqñ vni ꝑſone com=
mittunt̄. Iſti ſm ꝙ eis iniungeť a rectore debent
humiliter ꝛ fideliter ſua officia exeq̄ ꝛ ex caritate
ſeruire fratribus ſperantes ſe tanto maiorē apud
deum mercedem habituros q̄nto eoꝝ miniſteriuȝ
laborioſius ꝛ humilius cōprobať. Qui vt eo meli
us officia ſua iuxta cōſuetum in domo modū cōti=
nuare poſſint cedulas ꝑ quas in oꝑe ſuo dirigant̄
ſibi dari ꝛ ordinari petant ꝛ ꝓcurent. Iſti ſi ī ſuis
negocijs aliq̄ re indigent vl' in aliquo dubitāt ha
bebunt recurſum ad ꝓcuratorē cui etiam ex cari=
tate debent humiliť obedire. Et licet illis q̄ humi
liorē in domo noſtra cōmiſſionē habuerint conue=
niat voluntariū ſuiciū ſuum fratrib⁹ cū omni hu=
militate exhibere. ipos tn̄ fratres alios non decet
eos inferiores ſuos eſtimare qui pari caritate cuȝ
eis ad cōmuniter ꝛ ſocialiter conuiuendū ſunt aſ=
ſumpti. Et ideo ſi aliquis eorum opere indiguerit
nō debet preceptorie exigere ſed humiliter poſtu=
lare nec etiam alij fratres qui non habent cōmiſſi
onem de officijs eorum ſe debent intromittere ni=
ſi ꝙ ſi neglientiam aliquā notauerint poſſent eos
ſicut alios ammonere.

## ¶ De viſitatorib⁹.

m Iſſuȝ ē nob expedire ꝓ domo nr̄a vt ſemel
in āno aduocem⁹ duos pbros rectores cō
gregationem de quib⁹ ꝑſumim⁹ ſpecialeȝ

fidelitatē ad domū ꝛ ſtatū noſtrū vel vt alter eorū
ſit prioꝛ vel alius regularis de wyndeſym qui lo
quant̄ cū rectoꝛe ꝛ fratrib⁹ nr̄is de his q̄ concer-
nunt pacē concoꝛdiā ꝛ ꝓfectū noſtrū cum quibus
etiā capiamus ꝯſiliū ſi que occurrunt negocia ar-
dua in quib⁹ ꝯſilio indigem⁹. ꝙ ſi rectoꝛ dom⁹ foꝛ
taſſe deponend⁹ ſit eoꝝ agat̄ conſilio in electōne
tn̄ alicui⁹ alterius bonū eſſet adhuc plures alios
pr̄es deuotos aduocare Ad p̄mū ergo cōuocent
ſimul omēs fratres intimando eis cauſam aduen-
tus ſui quō vocati ī caritate venerint parati ſi q̄d
poſſent ꝓ vtilitate ꝛ ꝓfectu fratrū Cūqꝫ rectoꝛ di
xerit eis cauſam quare eos aduocaſſet habeat
ammonitos fratres vt vnuſquiſqꝫ libere apiat coꝛ
ſuū: ꝛ rn̄deat ad ea de quib⁹ fuerit requiſitus ꝓut
ſibi ꝯſtat. Loquant̄ deinde p̄mū cū rectoꝛe de pa
ce ſua ſtatu domus ꝛ fratrū ꝛ an ſit grauat⁹ alicu-
ius nimia inſolentia vel rebellione ꝛ an dom⁹ ſit
grauata debitis Conſequēter loquant̄ cū fratrib⁹
ſingillatim incipiendo a ſenioꝛib⁹ inueſtigantes
quō ſint in pace in ſeipis cū rectoꝛe et cū fratrib⁹
et an cōſtat eis de alicui⁹ notabili ꝑtinacia vel in-
ſolentia vel de diſcoꝛdia aliqua in domo an ne res
et exercicia excedant in nimia laxatiōe vl' ī nimio
rigoꝛe ꝛ ſic de ſimilib⁹. Et videt̄ ꝙ ꝑmittat̄ vnuſ-
quiſqꝫ libere dicere que vident̄ ad dicendū neceſ-
ſaria vel vtilia nec multū reſpondeat vnicuiqꝫ ſu-
per motiuis ſuis niſi ad plenū om̄ibus auditis et
ſignent̄ motiua vniuſcuiuſqꝫ que ſunt alicui⁹ pō-
deris. Caueant tn̄ fr̄es ne ex paſſione aliquid pro
ponāt ne ꝑ motiua ſua magis turbationē excitent

ꝙ ꝓfectũ. Ipi etiã patres cauti⁹ diſcernãt al's em̃
cõtingeret vicia magis foueri ꝙ deleri. Preterea
om̃ib⁹ auditis iteꝝ aduocent illos qui in ſinglari
ammonendi vel corripiendi vident. Poſt hoc ſil'
omẽs ↄuocent faciendo eis ãmonitiõem aliquam
ſalubrem in genere de his que notata ſunt profe-
ctui fratrũ ↄuenire vt poſt iſtam caritatiuã viſitati
onem remaneat maior pax ⁊ cõcordia int' frẽs ma-
ior obedientia ⁊ ꝓmptitudo vniuſcuiuſqꝫ ad pro-
fectum ſuum.

## De colloquijs menſis.

In principio cuiuſlibet menſis qñ ꝑmũ ad
hoc vacare poſſum⁹ ſolem⁹ cõuenire aliq̃
hora quã deſignat nob' rector dom⁹ ⁊ col-
loqui de his que deſeruiunt ſtatui nr̃o. ꝓtunc em̃
mouet vnuſq̃ſqꝫ ſingillatim ꝙ ꝓ vtilitate domus
et ſtat⁹ nr̃i dignũ motione excogitauit ſpecialiter
ſi circa aliquas cõſuetudines domus obſuandas
fratres ſunt negligẽtes vt in his amoneant' vel ſi
ſcolares vel alij qui in domo noſtra ↄſitent' repre-
henſibil'r ⁊ in edificatiõe gerunt apud homĩes vt
de illis fiet aliqua cõmiſſio vel ſi res dom⁹ noſtre
negligi vl' deperire vident' vt ad hoc reſpect⁹ ad-
hibeat' vel ſi rector dom⁹ noſtre min⁹ circa exerci
cia inuigilat vtputa in humiliãdo eos vel frangẽ
do eoru voluntates vel increpãdo eos ď defectib⁹
et ſimilia exercendo .per que proficere poſſent in
extirpatione vt ſi quacunqꝫ cauſa hoc intermiſe-
rit fiat eoꝝ motione et deſiderio ad hoc liberior et
diligentior in his ⁊ ſimilibus mouẽdis ſeruet' de-

bita diſciplina ⁊ modeſtia ne alique diſſenſiones inſurgant ⁊ caueat quilibet ne in ſuo ſenſu habū-dans viciū ꝑtinacie vel ꝓpꝛij ſenſus incurrat ne collatio que ꝓfectui nr̄o deſuire debuerat in pꝛofectus noſtri detrimentū cedat. Jn iſta collatiōe poteſt rectoꝛ domus ad motiua fratrū ꝑ ſe reſpondere ſm̄ qꝫ ſibi videbit̄ vt fiat. niſi idem ſcd̄o motū fuerit tunc em̄ debet ſcrutari vota fratrū ⁊ qd̄ faciendum videbit̄ eoꝝ agere cōſilio. Si etiaꝫ ꝓtunc aliquod de pꝛincipalioꝛibꝰ negocijs domus motū fuerit fiat quod maioꝛi et ſanioꝛi parti fratrum videbitur expedire.

## De cōſilijs.

Quia p̄miſſum eſt qꝫ rectoꝛ pꝛincipalia negocia domus faciet de conſilio fratrum vl' maioꝛis ⁊ ſanioꝛis ꝑtis eoꝝ. Sunt ꝗ̄ iſta que habemꝰ ꝓ pꝛincipalibꝰ negocijs domus nr̄e Jn pꝛimis ſi rectoꝛ domꝰ apponendus vel deponendus ⁊ hoc fiat ꝑ modū ſuperiꝰ tactum. Jteꝫ ſi aliquis ꝓuiſoꝝ domus eſt conſtituendus vl' mutandus. Jtem ſi aliq̄s acceptandus eſt ad manendum nobiſcum in domo ꝑpetue vel qui acceptꝰ ē videt̄ a nobis alienandus. Jtem ſi pꝛedia redditꝰ vel alie res immobiles emēde vel vendende ſunt Jtem ſi aliquis in p̄ſbiteꝝ ordinandus eſt. Jtem ſi aliquis ꝓcuratoꝛ vel libꝛariꝰ ꝯſtituendus ē vel cōſtitutꝰ deponendus. Jtem ſi aliqua res īmobil' vltra valoꝛem q̄tuoꝛ ſcutoꝝ alicui danda eſt. Jteꝫ ſi aliquid vltra tria ſcudata edificandū eſt ⁊ ſi que ſunt alie cauſe notabilem ꝑmanentē vtilitatē vel

inutilitatẽ tangentes ꝯſimili mõ fiant de ꝯſilio re
ctoris ⁊ fratrũ vel maioris ⁊ ſanioris ptis eoꝝ. ſed
ex quo ſepiſſime incertũ eſt et dubioſum que cauſe
notabilem vtilitatẽ vel inutilitatem in ſe habent
cũ ex pũis occaſionibꝰ aliqñ magna ⁊ pmanẽs vti
litas vel inutilitas originẽ trahat ⁊ vnus põderat
res leuiꝰ ⁊ alter grauius ꝙ volumꝰ ꝓ maiori certi
tudine ⁊ vtilitate hoc ponere indiſcretõe rectoris
vt ipſe diſcernat de his rebus vel cauſis emergen
tibus ⁊ ſm ſuũ videre de his loquat vl ſupſedeat
vt vtilitas pmoueat ⁊ inutilitas pcaueat. Conſul
tius etiam videt ꝙ nõ leuiter p voces certatim a
liquid cõcludamus potius ſi negotiũ dilationem
patit cũ vota fratrũ ſibi nõ cõcordãt ad deliberati
onẽ maturiorẽ differat. Si tñ aliq̃ tpe neceſſariũ
fuerit p voces aliq̃d ꝯcludi tunc rector domꝰ ꝓ ſe
duas voces habeat. Ad cuiꝰ etiã videre ⁊ ad eiꝰ
rationes notabilẽ reſpectũ habebunt fratres. Illi
eñi qui pẽeſt in ſollicitudine ſepius meliꝰ ꝯſtat de
circũſtantijs rerum nec videt carere vitio elatiõis
qui ad ꝯtradicendũ vl ad minus acquieſcendũ re
ctori ſuo in negocijs plerumq; indifferentibus ſe
aſſueſcit. Iſtis attentis ſint tamẽ fratres liberi ad
dicendum cum debita humilitate quod eis ꝓ ho
nore dei videbitur expedire. Ut aũt diutius i fra
tribus nouiter aſſumptis pmaneat ſimplicitas ve
recunda ſint contenti ſi infra annum vel duos vel
ſi ſunt laici paulo plures nõ requirant vota eorũ
in cauſiis premiſſis.

## ¶ De qualitate fratrum.

# Cōſuetudo ſiue modus

Conſultum videt̄ ꝙ habeamꝰ in domo noſtra preſbiteros quatuor plures ꝟo ſi poſtulat vtilitas aut exigat neceſſitas caritatis. Ceteri ſint clerici laici pauciores. Cū autē in domo noſtra locꝰ vacauerit ⁊ deſiderauerit nobiſcum aliquis habitare ꝯſiderent̄ p̄mo diligentius circūſtantie perſone cuiꝰ ſit patrie cuiꝰ etatis cuiꝰ conditiōis cuius feruoris cuiꝰ ꝯuerſatiōis in ante acta vita ſua. An ſit voluntarius ⁊ ꝓmptus ⁊ etiā aptus ad cōſueta exercicia domus noſtre ſi clericꝰ an ſciat ⁊ poſſit ſcribere ⁊ an ſit cōpetentis lr̄ature videlꝫ vt ad minus ſit ꝯgruus. An ſit ſanꝰ maxime in capite ⁊ pectore an ſit grauatus cura pentum ſuorū pauperū vel debiliū. Quod ſi de his ⁊ ſimilibꝰ habuerimꝰ ꝓbabilem cōiecturā poſſumꝰ eū recipe ad hoſpiciū ⁊ ꝓbare ꝑ duos menſes vel tres. Si vero infra illud tempꝰ eius ꝯuerſationē cōſiderantes veriſilr̄ putauerimꝰ eū nō ꝯuenire ſibi et nobis ſtatim remittat̄ ad locū ſuum vel ꝓmoueat̄ ſi in nobis eſt ad locum ſibi magis cōgruentem quia vtilius et minus confuſiuum tam ſibi ꝙ̄ nobis eſt ꝙ receſſurus ad primū recedat. Et ideo qui difficulter amouibilis putaret̄ ab hoſpicio nō leuiter admittat̄. Si vero cōuerſatio eiꝰ placuerit fratribus nihilominus nō recipiat̄ ad cōmunē vitam noſtrā niſi prius pꝛtus ꝑ decem vl' duodecim menſes laudabiliter nobiſcū fuerit ꝯuerſatus infra quod tp̄s cōſideret eum fratres diligenter an ꝓpoſitum eius ſit firmū ⁊ ad anteriora extentum ꝓbetur an poſſit ſufferre correptiōes ⁊ humiliationes. An ſit ꝓmptus ad obediendū in quibuſcūq̄

vilibus ⁊ humilib⁹. An ſit apt⁹ in reuelādis paſ-
ſionibus ⁊ temptationib⁹ ſuis. Qui poſtq̄ in his
et ſimilibus fuerit iuxta placitū fratrū noſtroꝝ tol
lerabilis repertus poteſt de cōmuni conſilio fratrū
vel maioris ⁊ ſanioris ꝑtis eorū de hoſpite recipi
in ſocium ⁊ fratrem domus noſtre. Et fiat ei ꝑ re-
ctorem in pñtia fratꝝ aliq̄ua ammonitio que ei ꝓ
ſua emendatiōe futura ꝓficiat. Jtem quilibet ī do-
mo noſtra ſic receptus cōſueuit ſi quid habꝫ in cō
mune ꝓferre ⁊ de cetero ſine ꝓprijs viuere. Jtem
ſic receptus infra menſem faciat recognitionē co-
ram notarijs ⁊ teſtibus q̄ nihil ꝓprietatis aut do
minij habeat in domo vl' in rebus dom⁹ ⁊ q̄ ſi re-
ceſſerit a domo non debeat repetere vel impetere
aliquid eoꝝ que ex ꝑte ſui domui ꝓuenerūt ⁊ q̄ ſi
a rectore ⁊ fratribus fuerit iuſſus exire ꝓpter ma-
los mores ſuos q̄ tunc cum pace diſcedet nihil ſe
cum auferendo vel repetendo niſi veſtimenta ſua
cottidiana. Et faciat talem donationē q̄ heredes
ſui nō habeāt ius vexandi frēs poſt eius obitū.

## ¶ Propter q̄ videt᷑ ars reici poſſe.

On eſt dicendus prudens paſtor qui po-
n tius totum gregem infectiōis ꝑiculo vult
exponere q̄ vnam ouem morbidā a grege
ſeparare. Nec eſt dicendus miſericors qui in to-
tius congregationis detrimentū ſuſtineri vult fra
trem q̄ntūlibꝫ viciosum. Debem⁹ eñ vt ait Gre-
gori⁹ diſtrictionem vicijs cōpaſſionē nature. Hac
de cauſa inter nos deliberauim⁹ q̄ ſi aliquis fra-
ter domus noſtre quod abſit a bono ꝓpoſito ſuo

auerteret ꝛ intepeſceret ſic ꝙ circa emendationeȝ vite ſue ꝛ ꝯſuetudines dom⁹ oīnino negligens ex iſteret vel ſi aliquis cōtra rectorē ꝛ fratres rebelle re ꝛ obſtinacem ſine notabili emenda ſe exhiberet et in hoc ꝑduraret vel ſi aliquis ꝓprietatis infide litate ſocietatē noſtrā maculare p̄ſumeret. Jlle ſe cundo ac tertio a rectore in p̄ntia fratrū ammoneri ꝛ corripi ſerioſe deberet. Et ſi nullā emendationem efficacem ꝓmitteret a ſocietate noſtre per rectorem ꝛ fratres reici poſſet. Si ꝯo aliquis quod abſit in lapſum carnis incideret vel ſi conatus ad hoc ꝑpetrandū exq̄reret vł alia manifeſta et ſcāda loſa mala facta ꝑpetraret ex quib⁹ totā congrega tionē nr̄am ꝯfuſionē ꝛ derogationem notabilē ſu ſtinere ꝯtingeret vel ſi ꝑſonalibus debitis vel fideiuſſionib⁹ ſe ꝛ domum noſtrā ſine ſcitu ꝛ cōſen ſu ꝓuiſo ꝛ dom⁹ nr̄e grauaret maxime nō habēs officiū vel ſi ſocietatem noſtraȝ deſerēs ad alia loca ſe transferret. Jlle ſtatim oīe ius quod in domo ꝛ ſocietate noſtra habuiſſet amitteret.

## ¶ De caritate pace ꝛ concordia.

I Jcet cū oīb⁹ hominib⁹ q̄ntū in nobis ē pacē ꝛ caritatē ſuare teneamur p̄cipue tn̄ adinuicē int̄ nos ſtudebim⁹ hr̄e cor vnuȝ et amimam vnam vnū velle ꝛ vnū nolle in bono. Et ergo vt caritas pax ꝛ cōcordia inter nos inuio late ꝑmaneant nitemur ad illa ꝑ que ſeruari ꝛ nutriri poſſit concordia caritatis ſtudebimus honore inuicem ꝑuenire alter alteri⁹ onera portare cuȝ gaudentibus gaudere et cum flentibus flere infir

mitates alteri⁹ tam morꝫ ꝙ corporꝫ patienter ferre vitabim⁹ mutuas offenſas deriſiões detractiones ⁊ ptinaces ꝯtradictiões. In quib⁹ ſi aliquis aliũm offenderit debet humilr indulgentiam poſtulare. Sola eñi humilitas vt ait beatus Bern. eſt reparatio leſe caritatis. Expedit etiã vitare ſingulares ꝯtinuas familiaritates vel pſonarꝫ acceptiones que interdum ſuſpitione carnalis affectionis nõ carent ſꝫ vigeat ⁊ ſeruet inter nos vna cõmunis caritas que pſuadet aliqñ his qui nobis aliquo mõ ꝯtrarij putant ſe magis affabilem et obſequioſum exhibere.

## De humilitate.

De hũilitate dicit beat⁹ Bernhar. Hec eſt via ⁊ nõ alia p̃ter ipam. Qui aliter vadit cadit poti⁹ ꝙ aſcendit qꝛ ſola eſt hũilitas que exaltat ſola q̃ ducit ad vitam. Quia igit hũiliatio via eſt ad hũilitatẽ ſic lectio ad ſciaꝫ. Idcirco ꝓpoſuim⁹ humilẽ ducere vitã in hitu in geſtibus in moribus in edificijs in ſuppellectili dom⁹ nr̃e vt lꝫ habeam⁹ illa vt decent ⁊ ꝯueniũt. Abſit tñ curioſitas atqꝫ venuſtas. Elgãt ſꝑ frẽs q̃ntũ in ipis eſt hũiliorẽ ſtatum tanꝙ tutiorẽ ſciẽtes qꝛ nõ in altitudine ſtatus ſed in puritate mentis acquiritur regnum dei. Nõ ſolum aũt in ſtatu ſed etiam inq̃buſlibꝫ alijs videlicꝫ in cameris in vtenſilibus in officijs eligat ⁊ requirat vnuſquiſqꝫ quod vili⁹ et humilius eſt vt ſic p humiliationeꝫ corporis introducat humilitas cordis. Conſueuimus etiã ꝓ humiliatiõe habere aliq̃ exercitia humilitat. vicꝫ

lauare ollas ⁊ ſcutellas ⁊c. Itē petere veniā cū negligētia ſua aliq̄d fuerit deſtructū vel amiſſuꝫ qđ excedit valorē brabātini vł cū negligētes fuerimꝰ in obſeruatione alicuius bone cōſuetudinis que ſub pena alicuius venie nobis fuerit impoſita vł commiſſa.

## ¶ De obedientia.

n E vero illius ꝟtutis merito ⁊ p̄mio fraudari nos ꝯtingat cuiꝰ tn̄ ſe formā fidelibꝰ vnigenitꝰ dei exhibuit q̄ factꝰ ē obediens vſqꝫ ad mortē. Et dixit nō veni facere volūtatem meam ſed eius qui miſit me. Idcirco ꝓponimus obedientie iura ſollicite obſuare. In primis p̄ceptis dei ⁊ eccl'ie nec nō p̄latoꝝ noſtroꝝ ac etiaꝫ ſacris canonibus ꝓ poſſe et noſſe humilit̄ obedire. Inſup̄ p̄ſbiteri nr̄i (qui patriſfamilias loco regimen domꝰ hꝫ cōmiſſum) monitis ⁊ ꝯſilijs voluntarie acquieſcere iuxta cōſiliū beati Petri caſtificantis corda nr̄a in obedientia caritatꝭ de cuiꝰ cōſilio ꝯuenit vnūquēqꝫ nr̄m in ordinatiōe vice ſue pendere eiꝰ āmonitiōes libenter audire eiꝰ correptiōes pacienter ſufferre. Ei nec p̄uū nec magnuꝫ qđ inter nos gerit̄ debemꝰ velle eſſe occultū. Ad eum in temptatiōibꝰ ꝑplexitatibꝰ et aduerſitatibꝰ noſtris ꝯtinuū debemus habere recurſum. Et licꝫ nihil ſpeciale occurrat quater tn̄ in anno habeat quilibꝫ fratrū cū rectore ſingulare colloquium de paſſionibꝰ anime ſue petendo ab eo vt liber ſit ad corripiendū vel etiā exercitandū eū ꝓut notauerit ſibi ꝓ profectu ſuo ſp̄ūali expedire.

quorūdā cōiter viuentiū.

## De vita cōmuni et paupertate.

q Uoniā dicit beat⁹ Aug⁹ ꝙ int̃ familiares amicos dꝫ eē cōitas euentuū. Non em̄ debꝫ eē diſpar euentus quoꝝ eſt cōpar affectus nec diuerſa fortuna quoꝝ vna eſt aīa. Idcirco ꝓ exhibitiōe ꝛ ꝯſuatione mutue caritatis nec nō ꝓ exoneratiōe cottidiane ſollicitudinis ſimul etiam ꝓ adimpletiōe illi⁹ conſilij euangelici de abrenūtiandis om̄ib⁹ que poſſidem⁹ ad honorē dei ꝓpoſuim⁹ in domo nr̄a abdicare omnē ꝓprietatē. ita ꝙ nullus nr̄m ꝓpriū aliquid poſſideat ſꝫ ſint nobis oīa cōmunia. Sit cōmunis burſa. Sit cōmunis archa. ſit menſa ꝛ ꝓuiſio cōmunis niſi ꝙ ꝓuideatur vnicuiqꝫ ꝓut cuiqꝫ op⁹ exiſtit. Q̄ aūt cōis vita extra religionē nō ſolū licita ſed etiā meritoria ꝛ expediens ſit ꝓficere volentibus in via dei d̄ hoc habem⁹ ſcp̄ta ſufficientia diuerſoꝝ doctorū q̄ hoc ꝓbāt ꝑ iura ꝑ rōnes ꝑ auc̃tates ſanctorū maxime cū p̄ſbiteri ꝛ clerici ſꝫm antiq̄ iura deberēt viuere in cōi. Intendim⁹ igit̃ ex hoc ꝛ deinceps libera ꝛ plena voluntate hoc obſuare ꝛ tp̄alia noſtra in cōmune ꝓferre ꝯtenti de ꝓuiſione nobis faciēda nec murmurare ſi nō habuerim⁹ omnia noſtra cōmoda vt nō ſim⁹ de illis paupib⁹ de quib⁹ tangit beatus Bernhar. Sunt aliqui qui volunt eſſe paupes eo tm̄ pacto vt nihil eis deſit et ſic diligūt pauptatē vt nullā inopiā patiant̃. Cauere etiā debemus ne illis rebus quorū vſus nobis conceditꝛ ptinaci affectu ſimus alligati ſed ita ſtudebimus ab amore rei familiaris affectum noſtrum ſuſpen-

dere vt ſi aliquis a rectore iuſſus fuerit mutare ca-
merã ſuam ſtatim hoc ꝓmpte faciat nihil ſecũ ex-
portãdo niſi que ab eo ſibi fuerint deſignata. Ob
hanc etiã cauſaꝫ ꝯſueuit rector dom⁹ ſemel in an-
no videlicet in capite ieiunij circuire cameras fra-
trũ ⁊ videre que ⁊ qualia habeam⁹ in libris vtẽſi-
libus ⁊ alijs q̄buſcunqꝫ q̄ oĩa ꝓducem⁹ corã eo
vt ſi ſibi placuerit aliqua tollere tollat ⁊ que pla-
cuerit relinquere relinquat. Item nullus fratrum
qui nõ habuerit ex officio ꝑmittat aliquas pecuni
as ꝑnoctare apud ſe in camera ſua. ſed ſi ad man⁹
alicuius venerint pecunie deferat eas ad illos q̄-
bus ex officio incumbit leuare eaſdem. Preterea
quia fragilitas ⁊ miſeria noſtra videt̄ exigere cõ-
petentem ꝓuiſionẽ victualiũ ⁊ alioꝝ neceſſarioꝝ
ne tñ nos vel poſteri noſtri menſuram ſufficientie
excedant ⁊ tot reddit⁹ ſibi accumulẽt vt nõ neceſ-
ſe habeant manuũ ſuaꝝ adiumẽto victũ querere ⁊
ob hoc ocioſitatis ⁊ vagacitatꝭ ꝑicula ꝯtingat in-
cidere. Idcirco firmiter ꝓponim⁹ ꝓ nobis et po-
ſteris nr̄is q̄ꝫ in annuis ꝑpetuis redditib⁹ ſummã
antiquoꝝ ſcudatoꝝ ꝓ ꝓſonis dom⁹ noſtre nõ vo-
lumus notabiliter excedere. Sꝫ ſi ꝯtingat aliqua
bona poſt hoc ad nos deuolui poſſum⁹ vnã tertiã
ꝑtem de his ad librariã noſtrã deputare cetera vo
lumus paupib⁹ erogare. Qd̄ ſi ꝓpt̄ frequẽtiã ho
ſpitũ vel etiã ꝓpter caſum alicui⁹ infortunij con-
tingat nos debitis notabilib⁹ ꝑgrauari ſi quid de
bonis ad nos deuoluendis in illos vſus deputan
dum eſt fiat de conſilio illoꝝ patrũ extra domũ q̄s
ſingulis annis ꝓ ꝯſiliarijs nr̄is aduocare ſolem⁹

## De caſtitate.

v Erpetuā cōtinentiā q̄ a nobis exigit ſem
per inuiolatā cuſtodiam⁹ et ne vnq̄ ſiniſtra
de aliq̄ nr̄m ſuſpicio oriat pro cuſtodia caſti
tatis volum⁹ vt ſicut hacten⁹ ſic et ſemp oēm mu-
lierem de domo nr̄a arceam⁹ et eas ad nos intrare
nō ſinam⁹ ſz ſi cū aliqua loquendū eſt habeam⁹ lo
cutoriū cū interſticio diligenter clauſo vt nō pate-
at acceſſus vel reſpectus mutuus. Qd ſi ante por
tam vel alibi aliq̄ femina nos allocuta fuerit caue
amus ne intēte aliquā reſpiciam⁹ vel nimis blan
de in colloquijs cū ipis nos habeam⁹. Nam iuxta
verbū beati Auguſtini cum mulierib⁹ ſermo bre-
uis et rigidus eſt habendus. Item pro maiori
cautela propoſuim⁹ et volumus q̄ ſine licentia re-
ctoris nemo in locutorio aut ante portam cum fe-
mina qualibet colloquiū habeat. Qd ſi fratrem ali
quem exiſtentem extra domū femina aliq̄ alloquat
cum paucis verbis ſatiſfaciat alloquenti. Et tunc
poſtea accedat ad rectorem et dicat ei q̄ illa talis
eum allocuta fuerit. Et ſi requiſierit rector q̄d cuz
ea tractauerit dicat ei nihil ex propoſito occultando
Si vo tale ſit negociū q̄ ſolū reſpiciat officiū ali-
cui⁹ fratris tūc em̄ ſufficit eidem referre. Rectore
vero abſente vicē ei⁹ in hac pte tenebit procurator
vel p̄ſbiter ſenior dom⁹ nr̄e. In locutorio frēs lo
q̄ntes cū aliq̄ nō ſedeāt ſz ſtātes loquant excepto
cū matre vl' ſorore vl' niſi de hoc licentiā ſpēalem
habuerit a rectore. Frēs officiales petāt aliquā li
cētiā gn̄alē loq̄ndi cū feminis qn̄ cauſa req̄rit.

## De ſobrietate.

Ui caſtus eſſe deſiderat ſtudeat ſobrieiati
q caueamꝰ ꝙ ne nr̃as metas ſobrietati exce-
damus et voluptatibꝰ gule inſeruiamꝰ ſꝫ
magis q̃ntũ valitudo ꝑmittit corpꝰ noſtrũ diſcre-
te caſtigemꝰ ⁊ in ſeruitutẽ redigamꝰ. Et ideo a vi
no ⁊ ab aſſaturis nec non exquiſitis ⁊ ſumptuoſis
cõdimentis ciboꝝ abſtineamꝰ. Jn ſummis tñ feſti
uitatibus ⁊ tp̃e minutiõis vel ſi nobis ob gratiaꝫ
aliquã ꝓpinaṫ vinũ poſſumꝰ potare. ꝓ hoſpitibꝰ
ꝓuideamus eadẽ que ꝓ fratribꝰ quia ex hoc ma-
gis edificanṫ. Qꝫ ſi vtile videaṫ alia ꝓuidere fiat
de ſcitu rectoris ſeruata debita ſimplicitate q̃ nos
decet. Circa feſta cõmunicabilia volumꝰ nos per
aliquam abſtinentiam p̃parare ita ꝙ nõ cõmeda-
mus carnes ad minus ꝑ tres dies niſi forte feſtuꝫ
Epiphanie vel marie magdalene in quarta feria
venerit vt tunc ꝓpter diem dominicam carnes co
medamus vel etiam circa viſitationis feſtum fue-
rit nobis conceſſuꝫ comedere carnes in die ſancti
Petri ꝓpter feſtum. Jtem p̃ter vigiliam diei cõ-
municabilis adhuc vna die illius tridui erimus ſi
ne cena niſi nobis ꝓpter aliquã rõtionabilem cau
ſam fuerit conceſſa cena de licentia rectoris. jtem
circa feſtuꝫ Penthecoſtes a feria ſcd̃a vſqꝫ ad diẽ
ſanctum erimus ſine carnibus. jtem circa feſtum
aſſumptionis beate virginis ⁊ omniũ ſanctorũ ab
ſtinebimus a carnibꝰ ꝑ quatuor dies. jteꝫ in qua-
tuor tp̃ibus ⁊ vigilijs ſanctoꝝ nõ comedemꝰ buti
rum. Jtem in aduentu dñi nõ comedemꝰ carnes ⁊

ieiunabimus ſine cena tribus dieb⁹ in ſeptimana. Item in feria ſexta nõ ſoluam⁹ ieiunium niſi moueat cauſa ſatis digna vt loco ſpecieꝝ aliquid guſtemus de licẽtia rectoris. Preterea qm̃ a medio virtutis facile ꝯtingit deuiare ſi fuerit aliquis frater ſibi nimis rigidus et in ꝑcipiendis alimentis ſingulariter ꝑcus ille debet ab eo qui ꝯſiderat ammoneri ⁊ ſi ſe nõ correxerit debet rectori intimare vt ipſe habeat eum ammonitũ ne ſe diſtruat et ad ſpiritualia et etiam corporalia exercitia ſe impotẽtem faciat.

## De ſilentio.

Silentiũ ab inutilibus ⁊ ocioſis ſermonib⁹ et maxime a rumoribus ſeculi detractiõe et deriſione vbiqꝫ ⁊ ſemꝑ ſeruare nos conuenit. Et ſi de ſecularib⁹ rebus aliquid refert vel audit ad pietatem ſtudeam⁹ referre. ſed nõ in talibus tp̃s ocioſe expendere. Ceterũ aliquib⁹ tpib⁹ et locis etiam ab vtilib⁹ ſermonib⁹ tꝑare ꝓpoſuimus videlicet de mane ꝑ dimidiã horam poſt horas lectas ⁊ de ſero ꝑ dimidiã horam ante dormitionem. Item in aula vitabim⁹ colloquia non neceſſaria. Item vitabimus ꝯfabulationes ante vel poſt comedentes. Iteȝ p̃cipue in coq̃na vitabim⁹ colloquia quã etiã nõ intrem⁹ ſine licentia rectoris ꝓcuratoris vel coci ſi alter eoꝝ p̄ñs fuerit.

## De oratione.

Ebemus ſemꝑ ad manũ habere tutiſſimũ orõnis refugiũ. Et nõ ſolũ ꝓ nr̃is ſꝫ etiaȝ ꝓ aliorum neceſſitatibus deuotas preces

effundere. Et ideo qñ deſiderat̃ a nobis vt orem⁹
pro aliqua pia cauſa puta ꝑ infirmo aliquo d̃fun-
cto vel infirmo vel temptato vł etiã ꝑ aliqua alia
cauſa inſtante vel vrgente tũc nõ debem⁹ hoc ne-
gligenter ꝑmittere excidere a memoria nec etiã ꝑ
functorie ⁊ ſuꝑficialiter ꝑficere. Sed diligent̃ in-
ſtanter cordialiter ⁊ efficaciter ꝑ poſſe nr̃o ſuccur
rere apud deũ p̃cibus nr̃is his qui tribulato ſunt
corde. Attendentes neceſſitudinẽ illius qui gra-
uatus eſt ⁊ quõ nos vellem⁹ nobis fieri ſi in conſi
mili anguſtia conſtituti eſſem⁹. Item qñ aliquis
fratrum nr̃oꝝ tm̃ infirmat̃ ꝙ nõ poſſit viſitare ec-
cleſiam tũc cottidie tam ad matutinas ꝙ̃ ad veſpe
ras legem⁹ ꝑ eo collectam. Deus infirmitatꝭ hu
mane ⁊c̃. Item tp̃e inunctiõis ⁊ poſt hoc cottidie
legemus ꝑ eo ſeptem pſalmos. Sed ſi diu dura-
uerit infirmitas ſine certa ſpe ꝯualeſcentie poſſu-
mus vna die legere pſalmos alia die legere leta-
nias. Item in agone fratris orem⁹ ꝑ eo inſtanti⁹
ſeptez pſalmos ⁊ letanias. item poſt obitũ fratris
noſtri legemus immediate pariter vigilias nouez
lectionũ ꝯtinuando eas ꝯtinue ꝑ octauã. Et vlte-
rius vſqꝫ ad triginta dies ab obitu cottidie vigili
as triũ lectionũ. Itez ꝑ annũ cottidie tam ad ma-
tutinas ꝙ̃ ad veſperas in fine collectã ꝑ fratre de
functo. Item quilibet fratrũ legat ꝑ ſe vnũ pſalte
rium ꝑ fratre defuncto. Item p̃ſbiteri cõpleant ſi
mul vnũ tricenariũ miſſarũ ꝑ defuncto. Itẽ in p̃-
mo anniuerſario fratris noſtri defuncti legem⁹ vi
gilias nouem lectionũ. Et in ſequentib⁹ anniuer-
ſariis eoꝝ trium lectionũ. Item in obitu alicuius

parentū noſtroꝝ legemus vigilias nouē lectionū
Et ꝑ octauā trium lectionū.Et quilibꝫ p̄ſbiteroꝝ
dicat vnā miſſam.item in primo annuerſario pa=
rentum noſtroꝝ vigilias trium lectionū . Item ꝓ
fratribus in iwyndek in monte ꝛ in belkeem.item
pro ſororib⁹ in ꝯgregatione in ꝑrochia noſtra ꝛ ꝓ
fratribus in domo noſtra ꝯfitentibus legemus ſe=
mel vigilias nouē lectionū.Item ꝓ fratrib⁹ in do
mo dñi florentij et in monte ſancti Jeronimi et in
Alberghen faciem⁹ aliquid ampli⁹ vicꝫ ad min⁹
collectam poſt matutinas ꝛ veſperas ꝑ octauam.
Item ꝓ familiaribus ꝛ benefactoribus et ꝓ deuo
tis alioꝝ locorum faciemus ſicut videbit̄ ei q̄ ha=
bet curam domus.

## ¶De cōmunione.

Circa feſta cōmunicabilia volum⁹ nos pre
parare ꝑ abſtinentiā vt p̄miſſum eſt.item
ordinabimus prout melius poſſumus vt
ante maiora feſta cōmunicabilia ꝑ diem vel duos
ſimus quieti a notabilib⁹ occupatiōib⁹ ſiue diſtra
ctionibus que ꝯuenienter differri pñt. Item feſta
conſuete cōmunionis ſunt iſta.feſtū Paſce Aſcē
ſionis Penthecoſtes ſacramenti viſitationis ma=
rie magdalene Aſſumptionis Natiuitatis marie
Michaelis ſiue dedicatiōis oīm ſanctoꝝ Conce=
ptionis marie Natiuitatis xp̄i Epiphanie Puri=
ficatiōis Petri ad cathedrā ſi venerit in ieiunio.
Sed ſi nō venerit in ieiunio tunc p̄ma dñica qua=
drageſime ꝛ annūtiatiōis dñice.in quib⁹ feſtis ne
mo noſtrū omittat cōmunionē ſine ſcitu ꝛ licentia

rectoris. Item circa iſta feſta vel ad longius circa
menſeꝫ ꝑſuadebim⁹ clericis ⁊ alijs hominib⁹ bo-
ne voluntatis qui ꝯſueuerūt ad nos venire ꝓ cō-
ſilijs ꝙ faciant cōfeſſionē ⁊ qui idonei ſunt prepa
rent ſe ad cōmunionē maxīe in ſummis feſtis.

## ¶ De ambulātib⁹.

f Ons ⁊ origo oīm maloꝝ ſunt inutiles di-
ſcurſus. Idcirco ꝓpoſuim⁹ difficiles eſſe
ad reyſas maxime ad ꝑtes natiuas ꝙdiu
neceſſitas vel notabilis vtilitas nō inuitat. Qꝫ ſi
rectori appareat cauſa neceſſaria vl' ſatis digna ꝓ
qua aliquis tranſire habet extra ciuitatē ad vnuꝫ
miliare vel longius ordinet ipe ſibi ſociū vnuꝫ de
fratribus noſtris qui ſecuꝫ tranſeat. Si tn̄ videat
rectori ⁊ duobus vl' trib⁹ de ſeniorib⁹ ſufficere vl'
expedire aliquis ſocius extra domum hoc eoꝝ di-
ſcretiōi cōmittit. Qđ ſi expediens videat aliquē
mitti in equo ſoluꝫ ꝓ negocio faciat hoc rector de
conſilio duoꝝ vel triū diſcretoꝝ fratrū ⁊ vt tal' nō
ꝑnoctet in domib⁹ ſeculariū. Si ꝓ̄ſumit hoc non
poſſe euitare nō mittat ſine ſocio. Sūme aūt caue
amus ne foris exn̄tes inedificatorie ⁊ ſeculari mō
nos habeamus ne cibuꝫ vel potū exquiſitū requi-
ramus ne hinc inde diuerſa que ad negociū noſtꝝ
nō ſpectant circūluſtremus ne oculis aurib⁹ ⁊ lin
gue frena laxemus vt nō effuſi vani vacui ⁊ ꝯſcīa
grauati ⁊ ob hoc min⁹ feſtini ad domū redeamus
item ſemꝑ qn̄ vacat nobis hoſpiciū apud deuotos
vel religioſos ad eos accedam⁹. item habita licen
tia q̄ in remotis aliquādiu manet pōt cōfiteri ido-